Notandũ q licet ppõ hoc posset diffiniri p scđa itẽtiõe vel pro fũdamẽto sub illa scđa intẽtiõe accepto: vt dictũ est in diffinitiõe nõis: qz tñ logica p se cõsiderat scđas intentões: pmas aũt nõ cõsiderat nisi in ordine ad secundas meli9 accipit p secunda intentione. ¶ Itẽ notandũ q scđa intẽtio quã signt ppõ hec difficlr in cõcreto put. s. cõcernit relationẽ cũ fundamẽto: sicut dictũ ẽ in diffinitiõe nõis. Ipis em secũdis intentõibꝫ pñt assignari genera z drñie: vt dicit Sco. 1. di. 4. sen. z tũc gen9 ad ppõem erit orõ sũpta p hitudine signi ad significandũ. sũpta aũt p voce cõplexa erit fundamentũ illi9 relatõis sicut subiectũ z pdicatũ q adinuicẽ cõponunt. Significare aũt verũ vl falsum ponit loco drñie. s. ponit ad drñaz acõnũ q lz significẽt res: tñ nõ est ibi veritas vl falsitas de q intẽdit logic9: q scz cõsistit in cõpõe z dione. Vñ dr Arz. q yrcoceru9 significat verũ vl falsũ: nisi addat eẽ vel nõ eẽ idẽ affirmatio vl negatõ. Ponit etiã ad drñam orõnũ ipfectaz: vl etiã pfectarũ aliaz ab indicatiua q nõ significãt verũ vl flm determinate nisi qñtũ reducunt ad ipam. Res aũt significatia ponit p correlatio. Habem9 itaqz gen9 z drñaz illi9 relatiõis quã dicit ppõ z fundamẽtũ z terminũ q cõit ponunt in diffinitionib9 rlõz: z sic possent adaptari diones intentionũ qs logic9 cõsiderat: qđ lcõri sagaciori relinq: lz aũt nõ eẽt necessariũ ponere illã pticulã: indicando: ponit tñ ad maiorẽ expressionẽ. ¶ Cõtra pdicta arguit tripl'r. pmo mõ sic: scđa intẽtio ñ est i gñe: g nõ põt diffiniri: cñia nõ ẽ nota. pbat añs: qz pdicamẽta sũt entia realia ex. 5. meta. secũda aũt intẽtio est ens rõis. Itẽ ista diffinitio dat p verũ z flm q sunt passiões ppõis. g nõ ẽ bona. añs est notũ. pbat cñia: qz diffinitio dz dari p drñas eẽntiales. Itẽ ista diffinitio datur p cõiũctionẽ disiũctiuã. g nõ ẽ bona añs ẽ notũ. pbat cñia: qz cõiũctio disiunctiua cõiũgit diuersas: ptes aũt diffinitionis significãt vnũ p se. Rñ. ad pmũ qñ dz q ens rõis huiusmõi ẽ scđa intẽtio nõ est in gñe. Dico q lz relatiões rõis non sint in gñe relatiõis p se: pñt tñ denoiatiue ad ipm reduci fm Sco. 8. dist. 3. sen. z sic suo mõ pñt habere genus z drñias. ¶ Ad secundũ qñ dz q verũ z falsum sũt passiões ppõis põt dici q sepe p passiones circũloquimur drñtias essentiales: que fm Boetiũ sunt nobis ignote. Est aũt circũlocutio dictiõis nobis deficientis p alias dictiõis suppletio. ¶ Ad tertiũ eodẽ modo põt dici q p istud disiunctum verum vel falsum circũloquimur differentiã essentialẽ vel ignotã. Deinde diuidit auctor ppositioem in cathegoricã z ipoteticã: z ẽ ista diuisio penes substantiã ppositionis: qz sumit ab eis ex quibus componit ppositio. Est aũt ypotetica composita ex plurib9 cathegoricis: vt Sortes currit z plato disputat. Cathegorica vero est illa que habet vnũ subiectũ z vnũ predicatũ tanqz pncipales partes sui: vt in hac ppositione Homo currit. hoc nomen homo est subiectũ: z currit pdicatũ. Dicit aũt currit pdicatũ: qz magis se tenet ex pte pdicati: qz res importata p ipm: scz orõ se tenet ex pte pdicati. Unde currit includit illã copulã: est: cũ predicato: qđ patet in resoluendo. i. est currens: Et dicit a cathegorizo zas: qđ idem est qđ predico as. Vñ cathegorica. i. pdicatiua denoiat a pdicato: qz a digniori debet fieri denoiatio: pdicatũ vero ẽ digni9 aliq mõ: qz habet rõnẽ forme: subiectũ vo rõnem materie. Materie nãqz est subijci: forme vo inesse vel inherere. Cũ ergo pdicatũ insit subiecto habebit rationẽ forme.

Sed contra pdicta arguitur z videt q illa diuisio non sit bona: qz ps nõ distinguit cõ totũ. Cathegorica autẽ est ps ypothetice. Itẽ mẽbra diuidẽtia nõ euacuant totũ ambitũ diuisi: g diuisio nõ est bona. cõseqntia est nota. pbat antecedẽs: qz diuisũ excedit mẽbra diuidẽtia cũ sit aliq ppositio q nec est cathe/

gorica nec ypotetica: vt hō currit q̄ mo/
uet͛: ꝛ sic de multꝫ aliȷs. Nō eīm est cathe
gorica cū n̄ habeat tm̄ vnū subm ꝛ vnū
ꝑdicatū: nec ypotetica cū nō sit ibi cōiū/
ctio cōiungens duas ꝓpōes.

Responsio ad primū quan/
do dicit͛ ꝙ cathegorica est ꝑs ypotetice:
Dico ꝙ cathegorica ꝛ ypotetica pn̄t ca
pi dupl͛r: Uno mō materialr: alio mo/
do formalr. Si capiant͛ materialr scʒ
ꝓ ipis terminis vl̄ ꝓpōibꝫ: sic cathegori
ca est ꝑs ypotetice: ꝛ hoc mō nō cōtra di
stinguit͛. Si ꝟo capiant͛ formalr: sic sūt
duo membra distincta q̄ nō coincidunt
in idē. Cathegorica eīm est q̄dā secunda
intentio q̄ cōsistit in cōpositiōe vni⁹ sub
iecti ad vnū ꝑdicatū: ypotetica ꝟo est cō
positio vni⁹ ꝓpōis cū alia.

Ad secundū qn̄ dr̄ ꝙ illa: hō cur/
rit q̄ mouet͛ nō est ca
thegorica nec ypotetica. Dico ꝙ ē ypo/
tetica. Illud eīm relatiuū q̄ implicat. i.
intꝰ plicat: seu implicite includit cōiun
ctōnē copulatiuā cū aliq̄ ꝓnoie. Unde
cū dr̄: hō currit q̄ mouet͛: sensꝰ ē ꝙ hō cur
rat ꝛ ille mouet͛. Ulteriꝰ dt̄ auctor ꝙ sb
iectū ē illd̄ de q̄ aliquid dicit͛. s. ꝑdicatū.
ꝛ ꝑdicatū est qd̄ dr̄ d̄ alio. s. de subiecto

Notandū: circa illud ꝙ subiectū
ꝛ ꝑdicatū sīt correlatia
ideo vnū diffinit͛ ꝑ aliud: sicut magꝫ de/
terminat͛ in ꝑdicamento de ad aliquid.
Un̄ subiectū ꝛ ꝑdicatū pn̄t sumi dupl͛r
vno mō materialr: vt in illa ꝓpōe: hō ē
anial: hō ē subiectū: anial ꝟo ꝑdicatum.
Alio mō formalit͛: ꝛ sic importāt duas
secundas intētiōes vl̄ relatiōes rōis: se/
cūda eīm intētio quā importat subiectū
significat͛ ꝑ hoc qd̄ est subici respectu al
teriꝰ natural̄ posite: Illa ꝟo q̄ importa
tur ꝑ ꝑdicatū est dici vl̄ ꝑdicari de alio.

Notandū: ꝙ subiectum pōt capi
octo mōis. Primo mō
ꝓ obiecto. Secundo ꝓ famulo. Tertio
ꝓ illo qd̄ ponit͛ sub alio. Quarto: ꝓ illo
cui inheret aliq̄d. Quīto: ꝓ illo qd̄ ꝑce/
dit copulā: ꝛ sic sumit͛ h̄. Sexto ꝓ subie
cto ꝓꝑe passiōis. Septimo ꝓ iferiori re
spectu supioris qd̄ logicꝰ vocat sbiectū
vn̄ dicit de subiecto ē ꝑdicari de inferio
ri: q̄ ꝓ subiecto artis vl̄ scientie. Un̄ ver
sus. Obiectū ꝟna positū sb cui qd̄ in/
heret. Qd̄ priꝰ est copula ꝓprȷ logica/
liter infra. Qd̄ simul ars ꝛ habet bis sē
subiecta quaterna.

Ropositōnū alia ꝛc.
p Diuisa ꝓpōe penes substan
tiā: cōsequenter auctor diui
dit ipam quantitatē ad q̄ntitatē vicʒ in
vniuersalē ꝛ ꝑticularē: indefinitā ꝛ sin/
gularē. Uniuersal̄ ē illa ī q̄ sbicit͛ termi
nus cōis signo vl̄i determinatꝰ: vt ois
hō currit. Sūt aūt signa vl̄ia ois: nullꝰ
q̄libet: nihil ꝛ silr̄ia. Ad cuiꝰ euidentiaʒ
sciendū ꝙ signa vl̄ia ꝛ ꝑticularia sūt q̄/
dam sincathegoremata.

Notandū ꝙ q̄dā dcōes dicunt͛ ca/
thegorematice: ꝛ q̄dā sin
cathegorematice. Sūt aūt dcōes cathe
gorematice q̄ q̄ habent certā sigtionem
Sigcāt ei rē vl̄em ꝛ ꝑticularē: vt homo
equꝰ nigredo albedo: sortes ꝛ plato. Di
ctiōes sincathegorematice cuiusmōi sūt
signa ꝛ vl̄ia ꝛ ꝑticularia q̄ cōiūctiōes et
ꝑpōes ꝛ hmōi ꝯsigcāt. i. designant aliȷs
adicere terminū cui addunt͛ mō determi/
nato supponere: vn̄ h̄ signū ois ꝺm Arꝫ
in li. ꝑyermenias nō significat rē vl̄em:
sʒ qm̄ vl̄r. i. desigt terminū cui addit͛ su
mi ꝓ omnibꝫ suis suppositis.

Notandū insuꝑ ꝙ diffinitio ꝓpōis
vl̄is sic dʒ intelligi: ꝓpō
vl̄is est illa in qua subicit͛ terminꝰ cōis
cōiter tentꝰ determinatꝰ signo vl̄i nō ne
gato: vel aliquo equiualenti: ꝑ h̄ ꝙ cōit͛
tentꝰ excludit͛ ista: oēs isti hoies currūt
qr hoies nō tenet͛ cōiter sʒ singularit͛ rō/
ne huiꝰ ꝓnois isti: ꝑ hoc ꝙ dr̄ signo vni/
uersali nō negato excludit͛ ista: nō oīs
hō currit: q̄ nō est vniuersalis sʒ ꝑticula
ris rōne negatiōis ꝑposite illi signo ois
negatio ei q̄cq̄d post se inuenit destruit
ꝛ oppositū eiꝰ ponit. Et iō si inueniat si
gnū vl̄e: facit ipm ꝑticularē. Per h̄ ꝟo
ꝙ dr̄: vl̄ aliquo equiualenti. Ista est vni

uersalis: nõ quidã hõ nõ currit: equiua / let eñ isti: omnis homo currit.

Notandũ est deide: q̃ duplex ẽ sb / iectũ: quoddã est subie / ctũ distributiõis: cui scz addit signũ di / stributiuũ: z respectu illi⁹ subiecti ista ppõ: cuiuslibet hois asin⁹ currit est vni uersal: z etiã siles. Aliud est subiectũ lo cutiõis seu enũciatiõis: z respectu illius dicta ppõ est indefinita: z istd subiectũ principaliter intendit in ppõne: iõ talis ppositio simpliciter põt dici indefinita

Sciendũ vlteri⁹ q̃ hoc signũ omis potest capi dupl̃r. s. distri butiue: vt omnis hõ currit: tunc eñ ter / minus cui addit distribuit p omib⁹ suis suppositis: ita q̃ pdicatũ d3 de quolib3 supposito sigillatim. Alio modo colle / ctiue: vt omnes apl̃i sunt duodecim. id est apl̃i cõgregati sunt iu numero duo / denario. Vñ non sequit: ergo petrus est duodecim vel iohannes.

Sciendum etiã q̃ hoc signũ tot⁹ potest capi du / pliciter: vno mõ cathegorematice: z sic est idem qd habens ptes: vel cõstituitur ex ptib⁹. Alio mõ sincathegorematice: z sic tantũ valet sicut quelibet pars. Sic eñ includit id sincathegorema q̃libet: z fm hoc potest exponi illa ppõ: tot⁹ sor / tes est minor sorte. si eñ sumat l3 totus sincathegorematice: sensus est: q̃ q̃libet pars sortis est minor sorte: z tunc ẽ vni / uersalis et vera. Si po sumat cathego / rematice: sensus est: q̃ sortes cõstitutus ex partibus est minor seipso: z sic est sin gularis z falsa.

Notandũ insup q̃ quantitas ppo sitionũ sumit a parte sb / iecti: q2 subiectũ habet ratione materie materiã autẽ consequit q̃ntitas fm qd ei pponit signũ vl̃e vl̃ particulare. Nõ autẽ ponit signũ a parte pdicati: q2 fm Aris. li. perermenias: affirmatio est nul / la: id est falsa in q̃ pdicat vniuersale vni uersaliter sumptũ. Vñ hec est falsa: ani mal est ois homo: q2 cum animal suppo / nat determinate p hoc animali vel isto

et sic aliqd determinatũ animal eẽt om nis homo Et sic sortes esset plato: z gui lielm⁹ cicero zc̃. Et si arguat: ista est ve ra: omis hõ est aial: g̃ anial est ois hõ. p bat: q2 noia z pba transposita idẽ signi ficant. Rñ. q̃ licet significẽt idẽ: non tñ codẽ mõ. Vñ in pma l3 anial supponit cõfuse tñ: ita q̃ nõ pt fieri descẽsus ad singularia: fm Sco. 21. disti. p. sen. In secuda aũt supponit determinate. Si vlteri⁹ arguat q̃ illa est vera: ois homo est ois hõ. cũ fm Boe. nulla sit verior p dicatio q̃ illa in q̃ idẽ predicat de seipo et tñ hic pdicat vniuersale vniuersalit sumptũ. Rñ. q̃ illa est falsa nec pdicat ibi idẽ de seipo: sed ois homo de q̃libet indiuiduo hois: cũ subiectũ distribuat p quolibet indiuiduo. Vñ sensus est: q̃ sortes est ois hõ: z plato est ois hõ: z sic de aliis: q̃ oẽs sunt false. Ex pmissis pz diffinitio vl̃is. ¶ Declarat 9nr auc. dã. sit terminus cõis dicens

Termin⁹ cõis est ille qui ap tus nat⁹ est pdicari de plibus: vt hõ de sorte z platone. Ad hoc q̃ terminus sit cõis nõ requirit actu pdicet de plurib⁹ sed sufficit q̃ nõ repugnet sibi ex impositiõe sua: z ideo t3 plures termini vt sol z luna: z sic de multis aliis nõ pdicent a / ctu de pluribus: cũ non habeãt nisi vnum suppositũ. sunt tñ oms termini cũ nõ re pugnet eis capi p pluribus si eẽnt: cũ im / ponant a qualitate plib⁹ cõicabilibus.

Notandũ insup q̃ ad hoc q̃ ter minus sit cõis optet q̃ pdicet vniuoce de plib⁹. Vñ l3 iste ter minus sortes cõueniat plib⁹ illo noie vo caris: tñ nõ est cõis cũ nõ vniuoce pdice tur de illis. Sola eñ dictio est illis cõ / munis. nec cõueniũt in aliq̃ cõi rõne sũ / pra fm idem nomen. Oportet etiam q̃ termin⁹ cõis pdicet de plurib⁹ diuisim: z ideo hoc cõplexũ: isti hoies: nõ est ter min⁹ cõis: cũ pdicet de plib⁹ coniunctim z non diuisim. ¶ Consequenter auctor diffinit ppõem pticulare dicens.

Propositio particularis ẽ

illa in qua subijcit terminꝰ cōis signo ꝑticulari determinatꝰ: vt qdam hō currit: z debet intelligi de signo ꝑticulari nō negato: sicut dicebat in diffinitiōe signi vlis rōne eqpollentiaꝝ: de qbꝫ dicet postea. Sunt aūt signa ꝑticularia: aliquis: quidā: alt: reliquꝰ: q scꝫ faciūt terminū cuiꝫ addunt teneri ꝓ vno supposito z determinate tñ z disiunctim. vt quidā hō currit: ꝑ sortes vel iohannes currit vel plato: z sic de alijs.

Propositio indefinita est illa

in qua subijcit terminꝰ cōis sine aliq signo: vt hō currit: z dr indefinita. i. indeterminata: qz terminus sumptꝰ sine signo nō determinat ad aliquā suppōem Potest tñ aliqñ supponere simplicit pro natura cōi: ut hō est species: aliqñ ꝑsonaliter ꝓ suppositis nature: vt hō currit: aliqñ materialr ꝓ illo termino hō: vt hō est dictio dissilla: Ex quo ptꝫ ꝙ nō sunt omnino idē: ꝓpositio indefinita z ꝑticularis: qñ eñ termino cōi addit signū ꝑticulare: tūc determinat ipm ad standū ꝑsonaliter nisi compet ad aliqd ꝑtinēs ad significatū: vñ illa est falsa: aliqs hō est spēs. Si tñ compet ad aliquid pertinens ad signū: tunc supponit materialiter: vt aliqs homo componit ex termino cōi z signo ꝑticulari. Et notandū ꝙ licet iste terminꝰ hō sit nomen appropriatū ad significādū naturā humanā z nō alias naturas: illa tñ ꝓpō: homo est species nō est singularꝭ sed indefinita. qz illa natura est cōicabil mult indiuiduis z in ipis plurificabilis: nō sic ē d illo qd importat ꝑ tminū singularē vl discretū

Notandū insup: ꝙ lꝫ illa ꝓpō homo ē dictio dissylla: z cōsiles: in quibꝫ subiectū supponit materialiter ꝓ se vel sibi sili in voce vl in scripto: possint dici indefinite ꝓpter conuenientiā quā habet terminꝰ sic sumptꝰ cū termino cōi: qz tñ nō est vere tminꝰ cōis cū vt sic nō dicat aliquē conceptū rōem plibꝫ: io veriꝰ possunt dici singulares.

Notandū etiā ꝙ ista hō q est sortes currit est singularꝭ: qz lꝫ ibi ponat terminꝰ cōis sine signo: tñ restringit ꝑ illā implicationē q ad standū pro supposito determinato.

Propositio singularis ē illa

in qua subijcit terminꝰ discretꝰ vt sortes currit: vel terminꝰ cōis sumptꝰ cum ꝓnoīe demonstratiuo: vt iste homo currit. Est aūt terminꝰ discretꝰ q est aptꝰ natus ꝑdicari de vno solo: vt sortes. Et patet hoc ex dictis q dicta sunt in diffinitione termini cōmunis. Dicit aūt terminus singularis discretꝰ qz significat rem suā ab alia discretā siue distinctā z separatā. Si querat: quanta ē ista. vterqꝫ istoꝝ currit? Dico ꝙ est vniuersalis: ibi eñ intelligit terminus cōmunis: scꝫ homo z huiusmodi.

¶ Consequenter diuidit auctor ꝓpōes. penes qlitatē: vicꝫ i ꝓpositionē affirmatiuā z negatiuā. Dicit aūt hec diuisio fieri penes qlitatē: qz qlitas consequitur formam: sicut affirmatio z negatio principaliter respiciunt ꝑdicatum qd hꝫ rōnem forme. Vel qz affirmatio z negatō sunt differentie essentiales ꝓpōnis. que habent modū qualitatis.

Est aūt propositio affirmatiua

illa in qua ꝑdicatum affirmat de sbiecto: id est res importata ꝑ ꝑdicatū denotat inesse subiecto. Vñ affirmatio ē quedā compositio intellectus componētis ꝑdicatū cū subiecto: ac ꝑ hoc dnotātis rem importatā ꝑ ꝑdicatū vniri cum re importata ꝑ subiectum.

Propositio negatiua est illa

in q ꝑdicatū remouet a subiectū: id ē res iportata ꝑ ꝑdicatū denotat remoueri a re iportata ꝑ sbiectū. Est eñ negatio qdā diuisio intellectꝰ diuidentꝭ siue sepantis vnū ab alio. Deinde auc. ponit triplex qsitiuū ꝑ qd qrimꝰ de ipa ꝓpositiōe. s. Que: qlis z qnta. Que querit de substātia ꝓpōis: est eñ qsitiuū sbstantie. Quanta vo ē qsitiuū qntitatis z ideo querit de qntitate ꝓpositionis. Qualis autem est quesitiuum de qualitate ꝓpositionis: z ideo querit de qualit

tate ppositioōis:vt patet p hunc versū Que ca.vel yp.qualis ne vl'af.y:quanta:par in fin.

De ppzietatib⁹ ppositionū.

Tem propositionuȝ ⁊c. Hic autoz incipit determinare de q̄busdā ppzietatibus ppositionū:cuiusmodi sunt oppositio:couersio ⁊ equipollentia:q̄ coueniunt ppositioib⁹ fm mutuā compositōeȝ Ad quarū cognitionē pmittit duas diuisiōes:quarū pzima est: q ppositionū carhegozicarū q̄dā pticipant vtroq termino:q̄ scȝ habent idē subiectū ⁊ idē pdicatū:vt hō est animal:hō nō est anial Dicunt aūt subiectū ⁊ pdicatū termini ppōis:q: sunt duo extrema ip̄am terminantia. Alie vo pticipant vno termino tm̄:vt hō currit:hō mouet. coueniūt em̄ in sbiecto ⁊ nō in pdicato. Alie vo nllo: q̄ scȝ nec idē subiectū hn̄t nec idē pdicatū. vt hō currit:equus mouet ⁊c.

Pro quo notanduȝ q due ppōes dicuntur pticipare vno termino nō q sit simpliciter eadē vox in numero in duab⁹ ppōnib⁹:q: vt dicit Arī.in pdicamentis. Qd semel dictū est: amplius resumi nō dȝ. Vn̄ quot sunt plationes tot sunt voces numero distincte:tn̄ sunt idē numero p equiualentiaȝ quantū ad finem vocis.s.ad exprimendū mentē cōceptū. Eadē em̄ res cōcepta p ip̄as exp̄mit:fm Sco.disti.2.scdi sen. Secunda diuisio est.

Propōnū pticipantiū vtroq tmino.q̄dā ei pticipāt fm eūdē ozdinē:qn̄ vicȝ illd qd est subm̄ i vna ē sbiectū in alia:⁊ qn̄ illud qd ē pdicatū i vna est pdicatū in alia. vt hō currit: hō non currit. Quedā vo pticipant ozdine cōuerso:qn̄ scȝ qd est subiectū in vna:est pdicatū in alia:⁊ qd ē pdicatū in vna ē sbiectum in alia:vt hō ē anial:anial ē hō.

His pmissis agit auctoz de oppositōe ppositionū:q̄ est repugnantia duarū ppositionū in q̄litate vel q̄ntitate: dicēs. q ppōnū vtroq termino pticipantium fm eundē ozdinē q̄dā sunt contrarie: q̄dam sbcōtrarie:alie cōtradictozie: alie subalterne. Cōtrarie sunt vniuersalis affirmatiua et vniuersal' negatiua eiusdē subiecti ⁊ eiusdem pdicati:vt oīs hō currit:null⁹ hō currit. Subcōtrarie sūt pticularis affirmatiua ⁊ pticularis negatiua:vt q̄dā hō currit:q̄dā hō nō currit:⁊ dicunt subcōtrarie:q: ponunt subcōtrarijs. Cōtradictozie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ pticularȝ negatiua:vniuersalis negatiua ⁊ pticularis affirmatiua:vt omīs hō currit:q̄daȝ hō nō currit null⁹ hō currit:q̄dam hō currit. Subalterne sunt vl'is affirmatiua ⁊ pticularis affirmatiua. vniuersal' negatiua ⁊ pticularis negatiua:vt omīs hō currit:q̄dā hō currit:null⁹ hō currit:q̄dā homo nō currit. Et dicunt subalterne:q: vna ponit sb alia.s.pticularis sub vl'i.

Sciendum ad euidentia pdictoȝ q ad h q ppones opponant multa requirunt. Pzimo q pticipent vtroq termino fm eundē ozdinem vt pȝ in pcedentib⁹. Scdo q nō sumātur significatiue ⁊ nō materialr. Et iō iste opponunt: omīs hō est termin⁹ cōis signo vniuersali determinat⁹:⁊ q̄dā hō est termin⁹ cōis signo pticulari determinat⁹. Tertio q tmini teneant eque ample ⁊ eque stricte. Vn̄ iste:omīs hō currit: ⁊ null⁹ homo currit nō opponuntur nisi ly homo in pma restringat ad stan dū p viris:sicut restringit in secunda p ly nullus qui est masculini generis sub ista terminatione us. Si em̄ in pma ly hō staret pro mulierib⁹ ⁊ in secunda pro viris:ambe possent simul esse vere. Itē quarto requirit q termini supponant eodem genere suppōis. Vn̄ iste nō opponunt:sed sunt simul vere. Syllogism⁹ ē subiectū i logica: ⁊ null⁹ syllogism⁹ est subiectū in logica:q: in pzima syllogismus suppo nit simplicit: in secunda vo psonaliter rōne illius signi null⁹. Oppositiōes supdicte luculent' innotescūt p figuram sequentem.

Omīs hō currit | Contrarie | nullus hō currit

Contra | Contra

Subalterne | Subalterne

dictorie | dictorie

Quidā hō currit | Subcōtrarie | q̄dā homo nō currit.

De materia propositionum.

Propositionū triplex est materia ꝛc̄. ¶ Postq̄ auctor defmiauit d̄ oppositione ꝑpositionū: hic ꝯseq̄nter defmiat de lege seu natura caꝝ. ¶ Ad cui⁹ euidētiā sciēdū ꝙ triplex est materia ꝑpositionū scȝ naturalis: ꝯtingēs ꝛ remota. Cuius diuisiōis sufficiētia sic pōt haberi: predicatū eñ ꝑpositiōis ꝯuenit subiecto vel repugnat. Si p̄mo mō hoc est dupliciť: q2 vel ꝯuenit necessario sibi: ꝛ sic est materia naturlis vel ꝯtingenter: ꝛ sic est materia ꝯtingēs. Si secūdo mō: sic ē materia remota. ¶ Circa qđ notādū ꝙ materia sumiť hic ꝑ quādā siītudinē ad materiā i naturaliƀ. Materia eñ s̄m Arȝ. 2. phisicoꝝ ē ex q̄ cū aliq̄ aliq̄d fit: quia igiť ꝑpositiōes cōponūtur ex terminis: scȝ ex subiecto ꝛ p̄dicato: subiectū ꝛ p̄dicatū sūt materia ꝑpositionū: ꝛ in ipa resoluūtur: iō subiectū ꝛ p̄dicatū dicūtur materia ꝑpositionū. Itez sicut materia est in potētia ad formā: sic subiectū ꝛ p̄dicatū sūt in potētia respectu vniōis et cōpositiōis designate ꝑ copulā q̄ est ipius ꝑpositiōis forma: licet autem p̄dicatū se habeat vt forma respectu sbiecti: h̄ tñ nō obstāte vtrūq̄ se habȝ vt materia respectu ꝑpositiōis vel cōpositiōis: nec hoc est incōueniēs: vt patet in naturalibus. Cōstitutū eñ ex materia et forma corporeitatis est potētiale respectu vltimi act⁹. s. aīe: vt diffuse declarat Scot⁹ 11. di. 4. sen. Est aūt materia naturalis in q̄ p̄dicatū ē de essentia subiecti: vt hō est aīal: vel hō est rōnalis: vel est ei⁹ ꝓp̄a passio: vt hō est risibilis. Et notāter diciť materia naturalis: q2 res īportata ꝑ p̄dicatū includiť intrinsece in natura rei importate ꝑ subiectū: sicut genus ꝛ differentia: vt aīal ꝛ rōnale q̄ se habēt vt materia ꝛ forma includunť in homīe: vel necessario ꝯseq̄tur ei⁹ naturā: sicut risibilitas necessario ꝯseq̄ť rōnabilitatē. Materia ꝯtingēs est illa in q̄ p̄dicatū pōt adesse vel abesse subiecto p̄ter sbiecti corruptionē: vt hō pōt esse alb⁹ ꝛ nō alb⁹: non ꝙ sit simul sȝ successiue. Materia remota est illa in q̄ p̄dicatū non pōt ꝯuenire sbiecto: vt hō est asinus. natura eñ asini est repugnās nature humane.

Circa p̄dicta notandū:

ꝙ affirmatiua ꝛ negatiua sūt i eadē materia cū sit idē subiectū ꝛ idē p̄dicatū in vtraq̄: vt hō est aīal: hō nō est aīal. Et si arguiť ꝙ ista hō nō est aīal sit in materia remota: q2 p̄dicatū remoueť a subiecto. R̄ndeo ꝙ p̄dicatū remoueť ꝑ negatiōez. i. negať a sbiecto: seu denotať remoueri: nō tñ remoueť ꝑ repugnātiā ad sbiectū: q2 aīalitas nō repugnat hūanitati: imo includiť in ip̄a. ¶ His p̄missis ponit auctor legez seu naturā ꝯtrariaꝝ: q̄ talis est: ꝙ si vna est vera: reliq̄ erit falsa: ꝛ nō econuerso: possūt eñ simul esse false in ꝯtingenti materia: vt oīs hō est albus: null⁹ hō est alb⁹. ¶ Pro q̄ notandū ꝙ si due ꝯtrarie essent simul vere: sequereť ꝙ due ꝯtradictorie essent simul vere qđ est impossibile. Probať ꝯsequētia: q2 cū ad v̄itatē vlis seq̄tur v̄itas ꝑticlaris: vna eñ ꝯtriaꝝ iferret ꝯdictoriā alteri⁹: vt ad illā: oīs hō currit: seq̄tur illa: q̄dā hō currit: q̄ est ꝯtradictoria illi⁹: nullus hō currit: Nō sic est de falsitate: q2 falsitas vniuersalis nō infert falsitatē ꝑticu

laris. Vñ possūt simul esse false in mate
ria ↄtingēti: vt ista: oīs hō currit: est fal/
sa ꝓ aliq̄bꝰ suppositis: vicȝ ꝓ his q̄ nō cur
rūt. Ista: nullꝰ hō currit est falsa ꝓ his
q̄ currunt. In materia ṽo naturali et re
mota nō pñt sil' esse false: nec sil' vere: q2 ī
materia naturali p̄dicatū ↄuenit cū sb/
iecto ꝓ oī supposito: ī materia aūt remo
ta repugnat ei vl'r. ¶ Sed ↄtra p̄dicta
arguit' dupliciť. Primo sic: Iste due cō/
trarie: oē aīal ē hō: ⁊ nullū aīal est hō sūt
in materia naturali: ⁊ tñ ambe sūt false:
ḡ due ↄrie in materia naturali pñt sil' eē
false. Itē ille sūt ↄrie: cuiuslibet hoīs
ocul' est dexter: et cuiuslibet hoīs oculꝰ
nō ē dexter: ⁊ tñ sūt sil' vere: p̄ma eñ est
vera ꝓ oclo dextro: secūda aūt ꝓ sinistro
Rñdeo ad p̄mū ꝙ ille due nō sūt in ma
teria naturali sȝ ↄtingēti: p̄dicatū ei nō
est de essentia sbiecti: nec ꝓpriū eiꝰ: cū in
feriora nō sint de essentia supioꝝ: sȝ acci/
dāt eis. Vñ ille due tenēt legē ↄriarū in
materia ↄtingēti: q2 scȝ ambe sunt false.
Dicūť aūt īferiora accidere supioribus
ƀm Sco. 11. di. p̄mi sen. accipiēdo accñs
ꝓ extraneo qđ est extra rōnē. s. diffinitio
nē alteriꝰ: nō aūt ꝓ eo qđ nō facit per se
vnū cū eo cui accidit: sicut albedo ī cor/
pore. ¶ Ad secūdum dico ꝙ ille nō sūt
ↄrie: cū li oculꝰ qđ est subiectū p̄ncipale
ꝓpōnis nō sumať vl'r: nec ī p̄ma nec in se
cūda. Vñ iste ēēnt ↄrie: cuiuslibet hoīs
oīs oculꝰ est dexter: ⁊ cuiuslibȝ hoīs nul
lus oculꝰ ē dexter: q̄ sūt ambe false. Lex
sbcōtrariaꝝ talis est: ꝙ si vna est falsa: re
liq̄ est vera: ⁊ nō econuerso: possūt eñ sil'
esse vere ī materia ↄtingēti. ¶ Pro q̄ no
tādū: ꝙ si due sbcōtrarie pñt sil' esse fal/
se. due ↄdictorie ēēnt sil' false: cū ad falsi
tatē ꝑticlarꝫ seq̄ť falsitas vl'is: vt ad fal
sitatē huiꝰ q̄dā hō currit: seq̄ť falsitas il
lius: oīs hō currit: q̄ ↄdicit illi: q̄dā hō n̄
currit: nō sic est de ṽitate: cū ṽitas ꝑticu
laris nō īferat ṽitatē vniuersalis. Et iō
pñt sil' esse vere in ↄtingēti materia: vna
ꝓ vno supposito: alio ꝓ alio. In materia
aūt naturali ⁊ remota nūq̄ possūt siml'
esse vere: q2 in materia naturali p̄dicatū
sbiecto ↄuenit ꝓ omī supposito: ⁊ iō affir
matiua sp̄ est vera: ⁊ negatiua sp̄ est fal/
sa. In materia ṽo remota p̄dicatū repu
gnat sbiecto ꝓ oī supposito: ⁊ iō negati/
ua est semper vera ⁊ affirmatiua falsa.
¶ Sed contra predicta arguiť sic: Due
ↄrie pñt sil' esse false: ḡ ⁊ due sbcōtrarie.
Antecedēs est notū: pbať ↄsequētia: q2
sicut se habȝ vniuersalis affirmatiua ad
vniuersalē negatiuā: ita ꝑticularꝫ affir/
matiua ad ꝑticularē negatiuā. Rñdeo
ꝙ ista silitudo habet ṽitatē q̄tū ad q̄n
titatē ⁊ q̄litatē: nō aūt q̄tū ad veritatē
⁊ falsitatē. Lex ↄdictoriaꝝ talis est: ꝙ si
vna est vera: reliq̄ est falsa: ⁊ econuerso.
Rō est: q2 ī ↄdictorijs idē affirmať ⁊ ne/
gať de eodē. Impossibile est aūt idē ines/
se eidē ⁊ nō inesse: alr̄ esset dare oppositū
p̄mi p̄ncipij: qđ tñ est firmissimū ⁊ notis/
simuȝ ex q̄rto metaph. ¶ Deinde ponit
auctor legē subalternaꝝ q̄ ↄtinet tres ꝑ
ticulas. Prima est: ꝙ si vl'is est vera: ꝑti/
cularꝫ est vera: qđ ex hoc patet: q2 si p̄di
catū vere dicať de q̄libet supposito sbie/
cti: vt denotat vniuersalis. Vere etiā di
ceť de aliq̄ eiꝰ supposito: qđ sufficit ad ve
ritatē ꝑticularꝫ. Secūda ꝑticula ē: ꝙ nō
seq̄ť econuerso: q2 ꝑticularis pōt esse vera
sua vl'i existēte falsa. In materia eñ ↄti
genti p̄dicatū pōt ↄuenire alicui supposi
to sbiecti: nō tñ ꝓpť hoc ↄuenit omibꝰ.
Tertia ꝑticula est: ꝙ si ꝑticularꝫ ē falsa:
vl'is est falsa. Cuiꝰ rō est: q2 si p̄dicatuȝ
nō verificeť de aliq̄ supposito: sicut ꝑ ꝑti
cularē denotať: nec verificabiť de q̄libet
supposito: sicut designať ꝑ vl'em. Nota
tñ ꝙ in materia naturali ꝑticularis vel
indefinita equalet vniuersali.

Capl'm de ↄuersiōibꝰ.

c Onseq̄nter agit auctor de cō
uersiōe ꝓpositionū q̄ est ꝓpe/
tas ꝓpositionū vtroq̄ termi
no ꝑticipātiū ordine ecōuerso: q̄n scȝ fit
de p̄dicato sbiectū: ⁊ de sbiecto p̄dicatū.
Et est triplex. s. simplex: ꝑ accidēs: et ꝑ
ↄtrapositionē. Vñ notādū ꝙ in ↄuersi/
one sunt due ꝓpositiōes: quaꝝ p̄ma dici

tur ꝯuersa:⁊ est antecedēs. Secūda ꝓo
dr̄ ꝯuertēs:⁊ ē ꝯsequēs ad aliā. Est aūt
antecedēs ꝑpositio cathegorica vel ypo
thetica ad quā alia sequit̄:ꝯsequēs ꝓo ē
ꝯclusio q̄ seqtur ex antecedēte. Cōseque-
tia ꝓo est illatio ꝯseq̄ntis ex añcedēte:q̄2
vera ꝯuersio est ꝯseq̄ntia. ¶ Notādū:ꝙ
ꝯseq̄ntia formalis dicit̄ illa q̄ tenet in oī-
bus terminis cū sili forma arguēdi retē-
ta. Ex ꝑte aūt forme se tenēt vniuersalis
ꝑticularis affirmatio ⁊ negatio:⁊ varius
mod⁹ arguēdi sm̄ regulas ꝯseq̄ntiarū.
Cōseq̄ntia ꝓo materialis solū tenet ex ꝑ-
te terminoꝝ:⁊ iō nō tenet ī oībꝫ termi-
nis:licet forma ꝯsilis obseruet̄. Uñ licꝫ
sequat̄ grā materie:q̄dā hō est aīal:ergo
oīs hō est aīal:nō tñ est ꝯseq̄ntia forma-
lis. Et iō nō valeret silis mod⁹ arguē. i
in alijs terminis:sicut nō sequit̄:q̄dā ho-
mo currit:ḡ oīs hō currit. ¶ Notādū in-
sup ꝙ Aris. tractās de reductiōe syllogis-
moꝝ imꝑfectoꝝ ad ꝑfectos agit de ꝯuer-
sione simplici et ꝑ accidēs:q̄ ad hoc sunt
vtiles:nō aūt de ꝯuersiōe ꝑ ꝯtrapositio-
nē q̄ ad hoc nō deseruit:q̄2 in ipa nō ma-
nēt idē t̄mini simplicit̄:q̄ tñ deberēt ma-
nere in reductiōe syllogismoꝝ. Petr⁹ au-
tē hispan⁹ tractat hic de ipa in q̄ꝫtū est q̄-
dā passio ꝑpositiōis. Cōuersio simplex
est facere de subiecto p̄dicatū:⁊ de p̄dica-
to subiectū manēte eadē q̄litate ⁊ q̄nti-
tate:⁊ hoc mō ꝯuertit̄ vniuersalis nega-
tiua ⁊ ꝑticularis affirmatiua:vt null⁹ hō
est lapis:null⁹ lapis est hō:quidā homo
est aīal:quoddā aīal est hō. Et dicit̄ sim-
plex:q̄2 est sine mutatiōe q̄ntitatis et q̄-
litatis. Solū eīm est ibi mutatio sit⁹ ter-
minoꝝ:sicut cōmutatio dicit̄ simplex q̄ ē
sine additiōe vel variatione. Simplr̄ ēt
eīm dr̄ tale qđ est sm̄ se tale:sm̄ q̄d ꝓo ta-
le est qđ est tale ꝑ respectū ad aliud:hoc
mō vniuersalis negatiua ꝯuertit̄ in vni-
uersalē negatiuā simplicit̄.i.sm̄ se ⁊ nō
ꝑ aliud:et silit̄ ꝑticularis affirmatiua
in ꝑticularē affirmatiuā. Nō sic in ꝯuer-
sione ꝑ accidēs:vt statim videbit̄.

Sed contra hoc argui-
tur p̄mo sic: Ista est vera:nulla ꝟgo fu-
it corrupta:⁊ tñ cōuertēs est falsa:nulla
corrupta fuit virgo. Item ista est vera:
null⁹ senex erit puer:ista aūt falsa:null⁹
puer erit senex. Itē ista est vera:q̄dā hō
est mortu⁹:ꝯuertēs ꝓo falsa:q̄ddā mor-
tuū est hō. Itē ista est vera:nullus ciuis
est mulier:⁊ ista falsa:nulla mulier ē ci-
uis. Itē nō sequitur:panis est in furno:
ergo furnus est in pane. ¶ Pro respon-
sione ad ista argumēta notādū ꝙ termi-
nus posit⁹ a ꝑte ante respectu verbi vel
ꝑticipij futuri tp̄is ampliat̄ ad standuꝫ
ꝓ p̄senti vel futuro. Positus ꝓo post hu-
iusmōi verbū restringit̄ ad tēpus futuꝝ.
¶ Itē notandū ꝙ terminus posit⁹ a ꝑte
ante respectu verbi vel ꝑticipij preteriti
tēporis ampliat̄ ad supponēdū ꝓ eo qđ
est vel fuit. Positus ꝓo post hmōi ꝟbuꝫ
restringit̄ ad tēpus p̄teritū. Itē notan-
dū ꝙ in cōuertente ⁊ ꝯuersa termini de-
bēt accipi eque ample ⁊ eque stricte. Itē
notandū ꝙ quādo obliquus ponit̄ a ꝑte
p̄dicati ꝑpositionis ꝯuerse:tunc verbuꝫ
debet resolui in suum participiū et ipsū
cuꝫ obliquo ponetur a parte subiecti cō-
uertētis. His p̄missis visis patet respō-
sio ad argumēta. ¶ Ad primū q̄n argui-
tur:nulla ꝟgo fuit corrupta:dico ꝙ illa
est vera sumendo subiectum pro presen-
ti tempore:et predicatū pro tempore et
preterito:quia nulla que nunc est virgo
fuit corrupta tempore preterito: ⁊ tunc
debet conuerti in illā:nulla que fuit cor-
rupta est virgo. ¶ Ad secundū dicendū
ꝙ illa:nullus senex erit puer est vera su-
mendo subiectū pro tempore presenti ⁊
predicatū pro tempore futuro. Nullus
enim qui nunc est senex erit puer tempo-
re futuro:et tunc debet conuerti in illā:
nullus qui erit puer est senex. ¶ Ad ter-
tium dico ꝙ illa propositio quidam ho-
mo est mortuus est vera sumendo subie-
ctum ꝓ tēpore preterito. Unde sensus
est:ꝙ quidā q̄ fuit hō est mortuus:et tūc
debet ꝯuerti in istam:quoddā mortuuꝫ
est vel fuit hō. ¶ Ad quartū dico ꝙ illa
null⁹ ciuis est mulier:est vera ꝓ mascu-

lis:q2 li ciuis p li null⁹ restringit ad stan dū p masculis:z tūc ꝯuertit in istā:nul/ la mulier est ciuis mascul⁹. ¶ Ad qrtū3 dico ꝙ illa:panis est in furno:ꝯuertit in istā:ens in furno est panis. Conuersio p accidēs est facere de subiecto pdicatū et ecōuerso:manente eadē q̄litate sed mu/ tata q̄ntitate. Et hoc mō dicit auctor cō uerti vniuersalē affirmatiuā in pticula/ rē affirmatiuā. Vñ vniuersalis affirma tiua infert prticularē affirmatiuā. Exē/ plū ꝯuersiōis p accidēs. Oīs hō est cur rēs:ḡ q̄dā currēs est hō:z vniuersalē ne gatiuā in prticularē negatiuā:vt nullus hō est lapis:ergo quidā lapis nō est hō.

Sed contra hoc argui/

tur sic:q2 Arī. pmo poz tractās de con uersiōib9 dicit vniuersalē affirmatiuam ꝯuerti in prticularē:de vniuersali negati ua nullā faciēs mētionē. Respōdeo fm Seo.21.di.pmi sentē. ꝙ vniuersalis ne/ gatiua nō ꝯuertit i prticularē negatiuā: licet inferat eā. ¶ Ubi sciendū ꝙ ꝯuerti p accidēs est ꝯuerti p aliud. s.p prticula/ rē affirmatiuā. Vñ q2 vniuersalis affir/ matiua infert prticularē affirmatiuā: et ꝯuertit simplicit prticular3 affirmatiua in prticularē affirmatiuā: iō vniuersalis affirmatiua p accidens in ipam ꝯuertit licet aūt vniuersalis negatiua inferat p ticularē negatiuā:q2 tn̄ prticularis nega tiua nō ꝯuertit simpliciter:iō vniuersa/ lis negatiua nō ponit ab Aristotele cō/ uerti p accidēs. Sed qd dicimus ad au ctorē? Pōt dici ꝙ auct. dicit vniuersalē negatiuā cōuerti i prtclarē negatiuā:qa ipam infert large accipiēs ꝯuersionē3 p qlibet illatiōe in terminis transpositis. Seqtur em̄:null⁹ hō est lapis:ḡ nullus lapis est hō p ꝯuersionē simplicē. Et vl tra:q̄dā lapis nō est hō:p legē subalter/ nar. Phs aūt accipit ꝯuersionē magis stricte:q̄n sc3 aliqd fm se in aliud ꝯuerti tur:sicut in ꝯuersiōe simplici:vel p aliō qd ꝯuertit in ipm:sicut in ꝯuersiōe vni/ uersalis affirmatiue in prticularem affir matiuā p prticularē q̄ in ipam ꝯuertitur vt oīs hō est aīal:ḡ q̄dā hō ē aīal. Et vl/ tra:ḡ q̄dā aīal est hō p ꝯuersionē sim/ plicē:z tunc a pmo ad vltimū:oīs hō est aīal:ḡ q̄dā aīal est hō p ꝯuersionē per accidēs. Et si arguat ꝙ prticularis nega tiua ꝯuertit simplicit in prticularē nega tiuā. Vñ em̄ seqt q̄dā hō nō est lapis:er/ go q̄dā lapis nō est hō:ḡ vl'is ꝯuertitur p accidēs in ipam. Rñdeo ꝙ illa ꝯseqn/ tia tenet rōne materie z nō gratia forme Vñ non valet in aliis terminis. Nō em̄ seqt:q̄dā aīal nō est hō:ḡ quidā homo non est animal.

De cōuersione.

Circa ꝯuersionē ppositionu3 nō quātarū etiā ppositionu3 exceptiuar: reduplicatiuarū z exclusiuar pōt oriri difficultas. Ubi sciendū:ꝙ ppositiōes exceptiue dicūt il/ le in q̄b9 ponit pter:nisi z ꝯsiles:vt oīs hō pter sortē3 currit:equalet isti:oīs hō ali⁹ a sorte currit:z ꝯuertit in hāc:q̄dā currēs est hō alius a sorte:vel:q̄dā cur rens qd nō est sortes est homo. Proposi/ tiōes vo reduplicatiue dicūt ille i q̄b9 ponūt ille dictiōes inq̄tū:vl' fm ꝙ:et cō siles reduplicatiue sūpte. Ubi sciendu3 fm Seo.3.q.quodli.ꝙ reduplicatio po test sumi duplicit. s. reduplicatiue z spe cificatiue. Reduplicatiue q̄dē sumit q̄n notat terminū sibi additū esse causa3 p/ cisam inherentie pdicati ad subiectū:vt ista:hō inq̄tū rōnalis est risibilis:deno/ tatur ꝙ rationalitas est causa pcisa risi bilitatis. Vñ equiualet isti:hō quia ra/ tionalis est risibilis:z ꝯuertit in istā:ali/ quid qd inq̄tū rationale est risibile ē ho mo. Specificatiue sumit quādo non no tat talem pcisionē cause:sed denotat pre dicatū nō repugnare subiecto cōsignifi/ cato sub tali ratione:vt hō inq̄tū rōna lis est albꝰ:li inq̄tū specificat ꝙ hoī cōsi/ derato sub rōne rōnalitat' nō repugnat albedo. Est aūt bona ꝯsequētia a redu plicatiua ad suā piacentē. Vñ bene seq/ tur:oīs hō inq̄tū rationalis est risibi lis:ergo oīs homo est risibilis.

Propositiões autẽ exclusiue sũt ille in qb9 ponũtˀ iste dictiões: tm̃: solũ ꝛ ꝯsiles exclusiue sũpte. Vñ hec dictio solũ põt capi dupliciˀ. Vno mõ cathegorematice: ꝛ tũc tm̃ valet sicut solitari9: vñ sol9 sortes currit: equalet isti sortes solitari9 seu alĩ i illo loco ñ associat9 currit: ꝛ sic nõ sumiˀ exclusiue. Est em̃ vera etiã posito ꝙ alij hoĩes currãt. Si aũt sol9 capiaˀ sincathegorematice: tũc facit ꝑpositionẽ exclusiuã. Vñ ista: sol9 sortes currit habꝫ duas exponẽtes: sortes currit ꝛ null9 alius a sorte currit. Cõuertiˀ aũt exclusiua fm Sco. 21. di. 1. sen. in vniuersalẽ affirmatiuã de terminis trãspositꝫ: vt ista: tm̃ hõ est risibil' cõuertiˀ in istã: oẽ risibile est hõ: qđ sic probaˀ: licet em̃ ista habeat cõiter duas exponẽtes: tñ intellect9 ei9 põt sufficienter exꝑmere ꝑ hãc: null9 nõ hõ ẽ risibil' q̃ ꝯuertiˀ in istã: nullũ risibile est nõ hõ: ꝛ tũc vltra oẽ risibile est hõ: fm illud secũdi perihermeñ. Ad negatiuã de ꝑdicato ĩfinito sequiˀ affirmatiua de ꝑdicato finito. Hoc aũt est verꝫ de terminis simplicib9 ꝛ nõ cõpositꝫ. Exẽplũ: si lignũ terminus simplex: ꝛ lignũ albũ termin9 cõpositus bñ sequiˀ hꝫ nõ esse nõ lignũ: g̃ est lignũ. Nõ aũt sequiˀ demõstrato hoĩe vel eq̃: hoc nõ est lignũ nõ albũ: g̃ ẽ lignũ albũ.

Cõuersio ꝑ ꝯtrapositionẽ ẽ facere de subiecto ꝑdicatum ꝛ ecõuerso manẽte eadẽ q̃litate ꝛ q̃ntitate: sꝫ mutatis terminis finitꝫ ĩ terminos ĩfinitos. et hꝫ mõ ꝯuertiˀ vniuersalis affirmatiua et ꝑticularꝫ negatiua: vt oĩs hõ est aĩal: oẽ nõ aĩal est nõ hõ: q̃dã asin9 nõ est lapis: q̃dã nõ lapis est nõ asinus.

Notandũ circa illud ꝙ hec cõuersio diciˀ ꝑ ꝯtrapositiõeꝫ qꝛ ĩ ꝯuertẽte ꝛ ꝯuersa ponũˀ termini cõtradictorij. s. termin9 sũpt9 sine negatiõe vicꝫ ẗmin9 finit9 ꝛ ẗmin9 sũpt9 cũ negatione. i. ẗmin9 ĩfinit9. Dicit vlteri9 auctor ꝙ ex signo qđ est in subiecto ꝑpõnis cõuerse cũ ei9 ꝑdicato debet fieri subiectũ ꝯuertẽtꝫ: qđ habet ꝟitatẽ in cõuersione simplici ꝛ ꝑ ꝯ̃positionẽ vbi manet eadeꝫ q̃ntitas: ꝛ nõ ĩ ꝯuersiõe ꝑ accidẽs vbi mutaˀ q̃ntitas: habet etiã ꝟitatẽ qñ ꝑpõis ꝯuerse est termin9 cõis ꝛ nõ singularis: qꝛ termĩo singulari nõ põt addi signũ. Est aũt eadẽ ꝯuersio ꝑticularꝫ indefinite ꝛ singularꝫ: qꝛ sicut singularis ꝑ vno supposito verificaˀ: ita ꝑticularꝫ ꝛ indefinita. Nõ sic est de oppositiõe: qꝛ singularis affirmatiua et negatiua ꝯ̃dicũt cum idẽ asseraˀ ꝛ negaˀ de eodẽ supposito: nõ sic de ꝑticularib9 ꝛ indefinitꝫ: qꝛ in ipsis subiectũ põt supponere ꝑ vno supposito: vel ꝑ alio disiũctiue. De ꝯuersioib9 aũt ponũˀ ꝟsus seq̃ntes. Asserit a: negat e: sũt vniuersaliˀ ambe. Asserit i: negat o: sũt ꝑticulariˀ ambe. Simpliciˀ feci: conuertiˀ eua ꝑ acci. Asto per contra: sic fit conuersio tota.

Sequiˀ de propõe ypothe.

Postꝙ̃ auctor determiãuit de ꝑpositiõe cathegorica: hic ꝯseq̃nter agit de ꝑpõne ypothetica.

Est autẽ propõ ypothetica q̃ habet duas cathegoricas tãꝙ̃ ꝑtes ꝑncipales sui ꝯiũctas. s. ꝑ aliquã ꝯiũctioeꝫ vel per aliquod aduerbiũ.

Notandũ vlteri9 ꝙ sicut ĩ ꝑpõne cathegorica subiectũ et ꝑdicatũ se habẽt vt materia: copula ꝟo vt forma: sic in ypothetica due cathegorice se habẽt vt materia: et ꝯiũctio ipsas ꝯiũgẽs vt forma. Si arguaˀ: ꝙ ꝑpõ ypothetica nõ sit ꝑpõ: qꝛ qđ nõ est vna ꝑpõ nõ est ꝑpõ fm Arꝫ. ii. elencoꝝ: sꝫ ypothetica est plures cathegorice: g̃ nõ est ꝑpõ. Rñsio ꝙ ẽ vna ab vnitate ꝯiũctiõis ipsas cathegoricas vniẽtis. Diciˀ aũt ypothetica ab ypos qđ est sub: ꝛ thesis positio q̃si suppositiua locutio: qꝛ vna ponitur sub altera. s. posterior sub ꝑma quã sequiˀ. Et diuidiˀ ĩ ꝯditionalẽ: copulatiuã ꝛ disiũctiuã. De causali ꝟo tꝑali et locali nõ facit auctor mentionẽ: quia reducunˀ ad alias: vt videbiˀ.

Cõditionalis est illa in qua

ꝯiūgunꝭ due cathegorice ꝑ hāc ꝯiūctionē si: vt si hō currit hō moueꝭ: ⁊ illa categorica cui immediate ꝯiūgiꝭ hec cōiunctio si: diciꝭ antecedēs: ⁊ alia ꝯsequēs.

Circa quod notādū ꝙ ꝓpō dicitur ꝯditionalis: qꝛ ponit tm̄ ꝯditionaliꝭ ꝟitatē sui ꝯsequētꝭ ⁊ nō absolute: vꝫ si añcedens sit veꝝ denotādo ꝯstructionē vniꝰ ꝓpōnis ad aliā: qꝛ ꝓo in causali ꝯsequēs infertur ex añcedente ꝙ est cā eiꝰ: vt qꝛ sol lucet dies ē: iō pōt reduci ad ꝯditionalē.

Contra hoc arguiꝭ dupliciꝭ. Primo sic: Ista est ꝯditionalis: Si asinꝰ volaret asinꝰ haberet alas: cū non sit copulatiua vel disiūctiua: ⁊ tm̄ nō cōiūgunꝭ due cathegorice: ꝗ diffinitio propositiōis ꝯditionalis nō est bn̄ assignata. Itē ista est ꝯditionalis: sortes currit ꝗ sortes moueꝭ: ⁊ tm̄ nō ꝯiūgūꝭ due categorice ꝑ notā ꝯditiōis si. Rn̄deo ad primū: ꝙ ibi pn̄t esse due cathegorice reducēdo ꝯiūctiuas orōnes ad indicatiuas. Ad secūdū dico: ꝙ licet in illa nō ꝯiūgātur due cathegorice ꝑ hāc ꝯiūctionē si: ꝯiungūꝭ tn̄ ꝑ aliā sibi equalentē. i. ꝑ illā ꝯiūctionē, ergo: que denotat illationem ꝯsequētis ex antecedente.

Et notandū ꝙ in ꝯditionali est bona ꝯseq̄ntia: arguēdo a positiōe añcedētis ad positionē ꝯseq̄ntis: vel a destructiōe ꝯsequētꝭ ad destructionē antecedētis.

Copulatiua est illa in qua cōiūgūꝭ due cathegorice ꝑ hāc ꝯiūctionē et: vel ꝑ aliā sibi equalentē. vt sortes currit ⁊ plato moueꝭ. Est aūt differētia inter copulatiuā ⁊ de copulato extremo: qꝛ in copulatiua ꝯiūgūꝭ due cathegorice ꝑ hāc ꝯiūctionē et: in illa ꝓo q̄ ē de copulato extremo ꝯiūctio poniꝭ inter partes subiecti vel p̄dicati: vt sortes est albꝰ ⁊ musicꝰ. Ad copulatiuā reducunꝭ tp̄alis ⁊ localis. Exēplū de tp̄ali: vt sortes currit qñ moueꝭ. i. sortes in aliq̄ tp̄e currit ⁊ in illo moueꝭ. Exēplū de locali: vt sor. cur. vbi moueꝭ. i. sortes currit ī aliq̄ loco ⁊ in illo mouetur.

Disiūctiua est illa in qua cōiūgūtur due cathegorice ꝑ hāc ꝯiūctionē vel: seu ꝑ aliā sibi equalentē: vt sortes currit vel plato scribit.

Circa quod notādū ꝙ ꝯiunctio disiunctiua et est cōiūctio: ⁊ est disiūctiua: inq̄ꝫtū est ꝯiūctio ꝯiūgit voces: inq̄ꝫtū aūt ē disiūctiua disiūgit significata.

Notandū etiā ꝙ ꝯiūctio disiūctiua pōt poni inter duas ꝓpositiōes: ⁊ sic facit ꝓpositionē ypotheticā: vel inter ꝑtes p̄dicati ⁊ subiecti: et sic est de disiūcto extrēo: vt sor. vel pla. currit.

Ad veritatē ꝯditionalis exigiꝭ ꝙ añcedēs nō possit esse veꝝ sine cōsequēte. Vñ ois ꝯditionalꝭ vera ē necessaria: qꝛ ꝯñs necessario seq̄ꝭ ad añs.

Ad falsitatē aūt eiꝰ sufficit ꝙ añs possit eē veꝝ sine ꝯñte. Vñ ois ꝯditōalꝭ fł'a ē ipossibilis. Impossibile ē eī ꝙ si añs sit veꝝ ꝙ illō qō necessario seq̄ꝭ ad ipm̄ sit falsū cū ex ꝟo nō seq̄ꝭ nisi veꝝ: ex scd̄o ꝑoꝝ.

Et notandū ꝙ duplex ē necessitas: q̄dā est necessitas cōsequentꝭ: ⁊ q̄dā ꝯseq̄ntie. Necessitas cōsequētis est qñ ꝯsequēs est in se necessariū vt hō est risibilis. Necessitas cōsequētie est qñ ꝯseq̄ns necessario seq̄ꝭ ad añs: licꝫ vtrūqꝫ sit ꝯtingens in se: vt si hō currit: hō moueꝭ. Et ista necessitas exigiꝭ ad cōditionalē: nō aūt ꝓma. Vñ ꝯditionalis pōt esse necessaria: licet tn̄ añs q̄ꝫ ꝯñs sit ipossibile: vt si hō est asinꝰ hō est rudibilis. Prima necessitas dr̄ necessitas simpliciter: secūda ꝟo s̄m quid.

Ad veritatē copulatiue exigiꝭ vtrāqꝫ ꝑtē esse veram: vt hō est aīal: ⁊ deꝰ est. Cuiꝰ causa est: qꝛ tota copulatiua se tenet ad modū totiꝰ integralis: ad cuiꝰ positionē req̄riꝭ positio cuiuslibet ꝑtis p̄ncipalis eius.

Ad falsitatē eiꝰ sufficit vnā ꝑtē esse falsam: sicut destructio ꝑtis p̄ncipalis arguit destructionem totiꝰ: vt si paries nō sit: nec domꝰ est. Ex p̄dictꝭ pa

tet q a tota copulatiua ad quālibet ei⁹ ptē est bona ꝯsequētia.

Ad veritatē disiūctiue suffi/ cit alterā ptē esse veram: se em̄ hȝ ad mo dū toti⁹ vlis: ad cui⁹ positionez sufficit positio vni⁹ ptꝭ ei⁹ sbiūctiue: vt ad posi tionē aīalis sufficit positio hoīs vel e q̄.

Ad falsitatē ei⁹ oportet vtrā q ptē eē falsaȝ: cū em̄ ad ṽitatē ei⁹ sufficiē ṽitas vni⁹ ptis: oportet ad h̄ q sit falsa q vtraq ps eius sit falsa.

Sequit̄ de equipollentijs.

Irca quod est notandum q

C Equipollētia ē equi ualentia duaȝ ꝓpōnū in q̄li tate ꝛ q̄ntitate: ṽitate ꝛ falsitate mediā/ te signo p aduētuȝ negatiōis. Et dī de eq̄polleo es: qđ idē ē q equaleo es: ꝛ po/ nūtur tres regule: quarum

Prima regula est: Si ali/ cui signo vli q̄ ptic:lari p̄ponat̄ negatio: equi/ pollet suo ꝯdictorio. i. ꝓpōnes q̄ p⁹ erāt ꝯdictorie eq̄pollebūt: vt iste sūt ꝯdicto/ rie: oīs hō currit: ꝛ q̄dā hō nō currit: pre ponat̄ negatio vni eaȝ eq̄pollebūt vt nō oīs hō currit eq̄pollet huic: q̄dā hō non currit. Causa hui⁹ regule ē: q2 negatio negās est talis nature: q q̄cq̄d post se in uenit: destruit: ꝛ ei⁹ oppositū ponit. Vñ negat q̄litatē ꝛ q̄ntitatē. Si em̄ inueni/ at ꝓpōnē vniuersalē: facit ip̄am pticula rē ꝛ ecōuerso. Si inueniat ꝓpōnē affirma tiuā: facit eam negatiuā ꝛ ecōuerso: ꝛ sic negatio p̄posita signo facit ꝓpōnes p̄us repug[nan]tes in q̄litate ꝛ q̄ntitate eē eius dē q̄litatꝭ ꝛ q̄ntitatꝭ: ꝛ sic facit ꝓpōnes q̄ p̄us erāt ꝯdictorie eq̄pollere. Ex p̄di/ ctis ptȝ q due negatiōes equalēt vni af firmatiōi: negatio em̄ negās vnū oppo/ sitū ex ꝯseq̄nti ponit aliud: ꝛ sic negatio negās negationē ex ꝯseq̄nti ponit affir/ mationē: nō sic aūt est de duabꝫ affirma/ tiōibꝫ: natura em̄ affirmatiōis nō est de/ struere q̄ȝ ponere: ꝛ iō affirmatio addita affirmatiōi ip̄am fortificat: q2 due affir/ matiōes nō equalent vni negatiōi: sicut due negatiōes vni affirmatiōi.

¶ Cōtra p̄dicta arguit̄. Et videt̄ q ne/ gatio non debeat addi signo: quia ad/ uerbiū habet determinare verbum: sed negatio est aduerbiū: ḡ debet determīa/ re ṽbū ꝛ nō signū. Probat̄ maior p Pri/ scianū dicentē q aduerbiū est vi ṽbi ad iectiuū. Rñdeo: q aduerbiū p̄mo ꝛ p se hȝ determiare ṽbū: secūdo aūt ꝛ ex cōse/ quēti pōt determinare nomē: ꝛ sic pt ad/ di signo. Si arguit̄ p Arꝫ. primo pihcr/ meñ. dicentē: q negatio nō debet addi si/ gno. Dico q loq̄t̄ de negatiōe infinitan/ te: ꝛ nō de negatiōe negāte: q2 vlcȝ signū nō ē infinitabile cū p se nihil significet.

Secūda regula talis ē: q si alicui signo vli postponat̄ negatio: eq̄pollet suo ꝯrio. i. facit ꝓpōnes q̄ p̄us erāt ꝯrie eq̄pollere: vt iste sūt ꝯrie: omīs hō currit: null⁹ hō currit: postponat̄ ne/ gatio sbiectō vni⁹ illaȝ eq̄pollebūt: vt oīs hō currit: ꝛ null⁹ hō currit: equipollent. Causa hui⁹ regule ē: q2 ꝯrie sūt eiusdeȝ q̄ntitatꝭ: ꝛ differūt solū i q̄litate. Nega tio igit̄ postposita sbiecto nō mutat q̄n/ titatē cū nō agat an̄ se: q2 ṽo cadit supra copulā: mutat q̄litatē: ꝛ sic sūt eiusdē q̄li tatꝭ: ꝛ p ꝯñs eq̄pollēt. ¶ Sȝ ꝯ h̄ arguit̄ sic: In istis: oē currēs mouet̄: ꝛ null⁹ nō currēs mouetur ē negatio postposita si/ gno vli: ꝛ tñ nō eq̄pollēt cū p̄ma sit ṽa ꝛ secūda falsa. Rñdeo: q negatio dȝ poni post signū. i. post sbiectū qđ p signū de/ notat̄ vt cadat sup copula: nō sic ē in ꝓ/ posito: q2 illa neg[atio] ñ q̄ p̄cedit li currens solū cadit sup terminū quē infinitat.

Tertia regula est: Si alicui signo vli ꝛ pticulari p̄ponat̄ ꝛ postponat̄ negatio eq̄pollet suo sbalterno: id ē facit ꝓposi/ tiones que p̄us erant subalterne eq̄pol/ lere: vt iste sunt subalterne: omīs hō cur rit: ꝛ q̄dā hō currit: p̄ponat̄ ꝛ postponat̄ negatio subiecto vnius illarū equipolle bunt: vt non omīs homo nō currit: equi pollet huic: quidam homo currit. Cau/ sa hui⁹ regule est: q2 subalterne sūt eius dē q̄litatis ꝛ diuerse q̄ntitatis: quia igit̄

vna negatio negat aliā: remanet eadē q̄litas. Negatio aūt p̄cedēs signū mutat q̄ntitatē: z sic eq̄pollēt cū sint eiusdē q̄litat; z q̄ntitat;. De eq̄pollētijs subcōtrariaz nō daf aliq̄ regula: q2 sat; ē euidēs: q̄ si postponaf negatio subiectio p̄ticularis affirmatiue eq̄pollebit p̄ticulari negatiue: seu erit idē cū ipa. Ex p̄missis infert auctor q̄rtā regulā q̄ talis est.

Si duo signa vniuersalia negatiua ponanf in eadē locutiōe: vnū a p̄te subiecti: z aliud a p̄te p̄dicati: p̄mum eq̄pollet suo ɔ̄rio: z secūdū eq̄pollet suo ɔ̄dictorio: Cui⁹ causa est: q2 negatio secūdi signi postponif p̄mo signo: z sic facit ipm eq̄pollere suo ɔ̄rio p̄ secūdam regulā: z negatio p̄mi signi p̄ponif secūdo signo: z sic p̄ p̄mā regulā facit ipm eq̄pollere suo ɔ̄dictorio. Vñ: nihil est nihil tā tū valet sicut q̄dlibet est aliq̄d.

Cōtra hoc ita pōt argui: Hec est negatiua: nihil est nihil: cuz vna sola negatio p̄cedat copulā: alia aūt est affirmatiua: ḡ nō eq̄pollēt. R̄nsio q̄lic; negatio inclusa i secūdo nihil seq̄f copulā s̄m sitū termioz: tñ intelligif p̄cedere q̄ntū ad sensū orōnis: vñ secūdū nihil debet exponi p̄ nō z p̄ aliq̄d: Et est sensus: nihil est nihil. i. nihil nō est aliq̄d. Ponif aūt secūda a p̄te p̄dicati eo q̄ includit in se terminū sue distributiōis q̄d ē p̄dicatū eiusdē p̄ponis. Ad h̄ ɔfert illud scōi pihermeñ: q̄ sc; ad negatiuā de p̄dicato infinito seq̄f affirmatiua de p̄dicato finito. De eq̄pollētijs sūt v̄sus. Pre contra dic: post ɔtra: p̄ postq̄ subalter. Nō oīs q̄dā nō: oīs nō q̄si null⁹. Nō null⁹ q̄dā: s; null⁹ nō valet oīs. Nō alt̄ neuter: nō pēsaf vtrūq;. Nō aliq̄s null⁹: nō quidā; nō valet oīs.

De propōnibus modalib⁹.

Mod⁹ est adiacēs zc.

m Postq̄ auctor determinauit de p̄ponib⁹ de inesse: hic cōsequēter determinat de modalibus.

Circa q̄d notādū q̄ p̄positiōes deinesse dicūf ille q̄ sūt de simplici inherētia p̄dicati ad subiectū: in q̄b⁹ videlicet p̄dicatū simplicif dicif de subiecto absq̄ aliq̄ mō: vt hō est aīal. Modales vō dicūf ille q̄ sūt de inherētia modificata seu determinata p̄ aliquē moduz: vt homo necessario est aīal: p̄ quā denotaf aīalitatē nō solū inesse homini: s; etiam de necessitate.

Itē notandū q̄ mod⁹ sumif multipliciter. Aliq̄n ei sumif p̄ manerie vel mēsura vel tēperamēto: sumif etiā p̄ ordinatiōe duaz p̄pōnū vt in syllogismis habef: sumif etia; p̄ut est accidēs v̄bi: vt indicatiu⁹ mod⁹. In p̄posito aūt sumif p̄ determiatiōe: et sic mod⁹ est determiatio adiacēs rei determinabili: vt cū dicif: hō alb⁹: li alb⁹ est q̄dā mod⁹ determinās li hō ad stādū p̄ hoib⁹ albis iportāsq̄ albedinē adiacēs seu inherētē hoī. Et ponif hic determiatio tāq̄ gen⁹ ad determinationē factā p̄ inferi⁹ additū supiori: vt dicēdo aīal hō: z p̄ adiectiuū seu p̄ modū. Et iō ponif adiacēs rei tāq̄ differētia: q2 ḡ mod⁹ est determinatio adiacēs rei determiabili: mod⁹ est determiatio facta p̄ adiectiuū: ita q̄ in p̄posito mod⁹ z adiectiuū sumūf pro eodē. Est aūt duplex adiectiuū: q̄ddam nois: vt alb⁹ niger: z quoddā v̄bi: vt bñ male. Scdm em̄ Priscianū aduerbiū ē vt v̄bi adiectiuū: q2 sc; vim v̄bi determinat. Sic duplex est mod⁹. Vn⁹ noialis q̄ fit p̄ adiectiuū nois: Ali⁹ aduerbialis q̄ fit p̄ adiectiuū v̄bi q̄ pōt dici aduerbialis: q2 est aduerbiū: z verbalis q2 determinat v̄bum.

Notandū insup q̄ verbū cōsignat cōpositionē p̄dicati cuz subiecto. Itē ipam rē importatā p̄ v̄bū significat: sicut curro significat cursuz. Cōnotat z tēpus z modū: sicut curro est p̄sentis tp̄is z indicatiui mōi: z s̄m h̄ ponit auctor q̄ttuor modos v̄bales: Quidā em̄ aduerbialiter determināt verbū g̃ra cōpositiōis: vt illa sūt: necessario: contingēs: possibiliter: i possibilit: vero z falso. Cū em̄ dr: hō currit: necessario signi

ficaf q̄ cōpositio cursus cū hoīe sit neces
saria. De istis aūt est p̄sens intētio: q2 so
la illa faciūt ppōnē modalē. Alia deter
mināt v̄bū grā rei v̄bi: vt cū dicitur: hō
currit velociter: denotaf q̄ cursus homi
nis sit velox: nō aūt ipa cōpositio. Alia
determinant verbū rōne tpis: vt aduer
bia tpalia: alia rōne modi: vt aduerbia
optandi z hortandi.

Circa qd̄ notandū q̄ alia aduer
bia de q̄bus nō fit hic mētio reducūf ad
aliqd̄ p̄dictoꝝ: vt aduerbia loci z nume
ri ptinenf sub aduerbijs determinātib⁹
verbū grā rei v̄bi: vt cū dicif: sortes cur
rit bis: li bis n̄ determīat verbū grā nūe
ri singularꝫ q̄ est mod⁹ significandi v̄bi:
sed grā rei verbi importate per verbuz:
scꝫ ipius cursus.

Si queraf: Quare nō ponunf aduerbia detminan
tia verbū grā figure generis z ceterozuz
accidētiū: sicut ponūtur rōne modi z tē
poris? Respōdeo q̄ cetera accidētia cō
ueniūt alijs a verbo: nec sūt ei ita ppria
sicut tēpus z modus. Sumūtur aūt illi
sex modi q̄n q̄z noīaliter: vt possibile: im
possibile: necessariū z ptingēs: veꝝ et fal
sum. Aliquando aduerbialiter: vt possi
biliter: impossibiliter: ptingēter z neces
sario: vero z fallo.

Einde determinat auctor q̄d
sit ppositio modalis dicens q̄

Propositio mo
dalis est illa que determinaf aliquo isto
rū sex modoꝝ: vt possibile est sortē curre
re: necesse est sortē currere: z sic de alijs.

Circa qd̄ notandū q̄ ppō modal
pōt sumi large z stricte: si sumaf large:
tūc que ̄libet ppositio pōt dici modalis i
qua ponif modus determinās cōpositio
nē: z sic ppositiōes in q̄bus ponif verū z
falsū dicunf esse modales. Stricte autē
sumpta ppositio modalis exigit q̄ non
solū in ea ponatur mod⁹ determinās cō
positionē: sed tales mōi ꝭm quos potest
sumi oppositio ꝭm ill q̄ttuor genera oppo
sitionū: varijq̄z modi psequētiaꝝ p sbal
ternationē z negatōis appositionē: vt in
seq̄ntibus videbif: z sic tm̄ isti quattuor
modi: possibile: impossibile: cōtingens z
necessariū faciūt ppositionē modalē. In
alijs aūt nō sic sumif oppositio z psequē
tia a pte modi: sed bene a pte dicti: sicut
in illis de inesse. Occham tm̄ ponit plu
res alios modos ꝭm quos possunt sumi
oppositiōes z psequētie: vt scibile: demō
strabile: dubitabile: idemōstrabile: opi
